



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

3 Sortitus sum animam bonam, & veni ad corpus incoinquinatum. Sap. 8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

104. *Consilia Sapientiae*,  
sam gratiam, scilicet bonam naturam  
inclinationem, audaciam, & prud  
tiam.

### REGULA TERTIA.

*Sorsitus sum animam bonam, & u  
ni ad corpus incoquinatum.  
Sap. 8.*

### P A R A P H R A S I S.

*Inveni in me, dicit Salomon, ab infamia  
mea omnes qualitates excellentissi  
turae; quae non sunt fructus mei labo  
ris, nec dona fortuna: Deus qui regis  
accidentia nostrae nativitatis & vita  
michi eas largitus est, sunt opus suarum  
manuum, & donum sui amoris ambi  
quius, quam ego ipse.*

### R E F L E X I O .

**E**xcellens & pulchrum naturale do  
num alicujus hominis non aliud est  
quam excellentia & pulchritudo alicujus  
animæ nobilis communicatae passio  
nibus.

Et sicut tales animæ possident earum  
nobilitatem & magnitudinem ab infamia  
sua; Sic quando corpus ingrediuntur

tur, jam habent potentiam juvandi nat-  
uram & ejus temperamentum compo-  
nendi, & haec sunt illae, quae impressioni  
de suis viribus & de sua benignitate for-  
mant imaginationem & dant characterem Organis.

Diffundunt ex se ipsis suas qualitates  
extra se, & tantum de suo igne divino,  
& de suis inclinationibus cælestibus ad  
miscedum sanguini & corruptis passio-  
nibus, quantum possint contribuunt,  
nec non per istam felicem mixturam de-  
primunt venenum corruptionis, & mor-  
talem violentiam ejus infirmitatis, quam  
ibidem inveniunt.

Hæc pura astra habent influentias,  
quæ in secreto se insinuant inter flam-  
mas damnosæ libertatis, & temperant id  
quod ardenter est in eorum furoribus,  
& quod irregularius est in eorum passio-  
nibus.

In pluribus personis videtur talis mo-  
deratio & puritas, quæ dant credere,  
quod apud illos nullæ macula remaneat  
peccati Adami. Nihil nisi pulchrum vi-  
detur in eorum passionibus, nihil quod

E. 5; non.

108      *Consilia Sapientiae*,  
non videtur se accommodare spiritui,  
nullæ aliæ quām inclinationes spiritu-  
les.

Quod ex eo provenit, quia hic sp-  
ritis sublimis per commune privilegium  
omnium perfectarum existentiarum, ha-  
bet quoddam potens secretum, cui  
tantum umbra est magnes elevandi  
terra, & ad suum polum attrahendio  
ne quod tangit.

Passiones taliter tactæ per virtutem  
alicujus nobilioris animæ se vertunt ve-  
sus cœlum, & non aspirant ad aliud quia  
ad fines honestos & laudabiles. Vir  
piens fortis est, quia nihil habet in sua po-  
sona, quod se his motibus opponere  
& eos sequi denegaret.

#### REGULA QUARTA.

*Melior est patiens viro forti; Et si  
dominatur animo suo, expugnatur  
tore Urbium. Prov. 16.*

#### PARAPHRASIS.

*Sufficit ad esse Dominum suarum passio-  
num & desideriorum, habere an-  
num, & amare verum honorem.*